



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rerum
Christianarum Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helmestadi[i], 1671

Capvt I. De durißima persecutione Christianorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

HAYMONIS HISTORIÆ
D. HAYMONIS
HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ
LIBER V.

CAPUT I.

De durissima persecutione Christianorum.

Igitur Sotheri Episcopo XII. ab Apostolis, succedit Eleutherius, XVII. anno Imperii M. Antonini Veri. Quo in tempore per multas Romani orbis provincias, & acclamatione vulgi, & seditione adversum nostros, durissimæ persecutiones concitantur, ita ut martyrum multa millia per singula loca fierent.

CAP. II.

Epistola Lugdunensium.

Tunc servi Christi habitantes apud Lugdunum & Viennam, nobilissimas Galliæ urbes, gravissimis tribulationibus affliguntur: quibus, ut breviter & raptim per omnia persecutionum genera concludamus, totis viribus congressus est inimicus. Et primo quidem domorum eis prohibetur habitatio: tum deinde usus balnearum: post etiam processus ad publicum: ad ultimum verotam publicus quam privatus locus. Sic denique injuria affecti clauduntur, verberantur, lapidantur & excruciantur: adeo ut singulas cruciatus species nemo possit exponere. Sed sustinent æquanimiter sancti, ut stabiles Christi columnæ: nec solum jam ferunt impetus, sed ultro etiam expetunt. Quidam autem infirmiores inventi, & invalidi, peccatis suis forsan exigentibus, labuntur
ferme